Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

caritatem xpi. uidit & xpm. uidit & patrem. Nos enim iam secundum.
carnem non nouimus xpm. sed secundum spm. Sps enim ante faciem
nostram xps dns. qui nos in omnem plenitudinem di misericordia sua
implere dignetur ut uideri possit a nobis; Haec uerba sciuiri. Quae
non carnalia sed spiritalia sunt. In quantum intellegis & uera ee.
non quia ipse dixit. Sed quia ueritas sine strepitu clamat agnoscis.
in tantum intellegis unde adhereas dno; Teq: ipsam intrinsecus
praeparas incorporalem locum mansionis eius. ad audiendum
silentium narrationis eius. & uidendam inuisibilem formam eius;
Beati enim mundicordes. quia ipsi dm uidebunt. Non cum eis sicut
corpus ex aliquo loci interuallo apparebit. sed cum uenerit ad eos.
& mansionem fecerit apud eos. qm sic implebuntur in omnem ple
nitudinem di. Non cum fuerint & ipsi plenus ds. sed cum perfecte
fuerint pleni do; Si autem non nisi corpora cogitamus. & nec illud
saltam digne cogitare possimus unde uel ipsa corpora cogitemus;
non quaeramus quid aduersum nos ipsos loquamur. sed ab hac po
tius carnali consuetudine orando & in anteriora nos extendendo
corda mundemus; Ut enim non tantum quod beatus ambrosius.
uerum etiam quod scs hieronimus dicat. Non solum patris diuini
tatem sed nec fili quidem nec sps sci. quia una in trinitate natura e.
possunt oculi carnis aspicere. sed oculi mentis; De quib: ipse salua
tor ait. Beati mundo corde. quia ipsi dm uidebunt. Namque sicut
alibi idem hieronimus breuiter ac ueraciter definiuit. Res incor
poralis corporalib: oculis non uidetur. Has sententias de [illegible]
uirorum tantorum non ab hoc interponere uolui. Ut cuiusquam
hominis sensum tamquam scripturae canonicae auctoritatem sequen
dum arbitreris. sed ut illi qui aliter sapiunt conentur mente
uidere quod uerum e. & in simplicitate cordis quaerere dm.
nec tam doctos diuinorum eloquiorum tractatores temere repre
hendant. Nec te moueat quod a quib:dam minus consideratae dr.